

dled into a bright flame, and sent forth a scent somewhat like that of hoofs or horns, tho it had a very fragrant smell before. I am told moreover, that 'tis very usual in these parts of the Kingdom to find various sorts of ancient Earthen Ware, some exceeding China in fineness. I remember I once saw a Piece in the hands of an Apothecary in Caln, that had been finely gilt with Gold : The same Apothecary has also a very good stock of Ancient Coyns by him : which is all the account I am able to give you at present. If any thing further occurs to my knowledge, you shall be sure to hear from

*Your humble Servant,*  
J. Clarke.

---

VII. *Excerpta ex literis D. Petri Hotton Med. & Botan. Profess in Acad. Lugduno Batava, ad Editorem de Acemella & ejus facultate lithontripctica.*

**A**Ttmella, Acemella, & Hacmella, istis enim nominibus missa mihi anno 1691 semina ex insula Ceylon, ubi nascitur & familiaris est. An & in Malabar aliisve Indiae regionibus proveniat compertum non habeo.

Cum barbarica sint hujus plantae nomina, de eorum originatione nihil habeo quod afferam.

Ipsa vero planta, quam colui ipse Anno 1692. Flores fert, in caulum summis, ex multis Flosculis tubulosis coagmentatos in caput coactos, & Perianthio Hexaphyllo aut Polyphyllo suffultos, perquam similes Chrysanthemo Curassavico alato caule, Flore aurantio; cuius Icon exstat apud Pluknet Phytog. in Par. Batavo Hermanni. Horto Monsp. Magnol & Volkameri Flora Noriber- genii,

gens, sed luteolos, quibus excussis sequuntur semina ex-  
fusco grypha, longa, plana, summa sui parte duplici ari-  
stata praedita, ipsis flosculis subjecta, caules edit qua-  
dratos Foliis conjugatis Lamii aut Urticæ longioribus  
& acriusculis vestitos ex quibus Coniicitur spectare hanc  
plantam indubie ad Corymbosarum gentem & genui-  
nam esse sobolem ejus generis, quod Bidens a semine hi-  
dente vocat Caesalpinus eumque secutus Tournefortius.  
Quare cum haefenus nomine careat hæc planta hoc ex  
ipsius plantæ ingenio ei imponendum censeo.

Bidens Urticæ folio Lithontriptica Zeylanica. Inter  
omnia enim Medicamenta quæ in comminuendo calculo  
valere perhibentur, planta hæc nuperis annis facta est  
celeberrima, inter nostros homines qui in memorata in-  
sula vivunt & novissime quoque apud nos multam naæta  
est celebritatem.

Miles quidam, qui primus Anno 1690. Societati nostræ  
Indicæ indicium hujus herbæ dedit, profitebatur se  
plusquam centum ægris ejus ope liberasse a calculo &  
Nephriticis doloribus : quam & cum successu usurpatam  
in duobus ægris calculosis testantur in literis eodem anno  
ad Societatem Indicam Datis Gubernator & Supremus Ba-  
tavorum Concessus in insula Ceylon, aiunt enim in iis  
deturbatas expulsasque fuisse multas, arenulas, minutas  
que calculos absque ullo fere dolore.

Primus Nosocomii urbis Colombo, quæ sita est in  
memorata insula Chirurgus, Vir, ut videtur industrius  
plane & diligens in literis Anno 1699. ad me datis, in  
rei veritate testari se posse afferit, efficacius medicamen-  
tum contra calculum & Nephriticos dolores repertum  
hactenus non fuisse, qui & porro addit tres. ejus species  
a se multa investigatione inventas quarum prima foliis  
amicitur dilute virentibus & semen producit itidem lu-  
teum: Secunda folia edit sature virentia & semen pro-  
ducit itidem luteum: Tertia semen nigrum profert &  
longe majoribus foliis vestitur quam reliquæ duæ, quas  
D. d d d d vir.

virtute præstantissimas esse asserit, denique subjungit fertilissimam esse hanc plantam, quæque plusquam decem millia seminum gignit.

Hujus usurpantur folia, semen, quod præ cæteris partibus laudat præfectus ille noster nosocomii Zeylanensis, Radix, caules & rami.

Folia Lecta antequam flores prodeunt in umbra Sicata & in pulverem comminuta dantur in convenienti vehiculo aut aquæ calidæ infunduntur, bibiturqne ea infusio instar infusionis herbæ The. infunduntur & Spir. vini & paratur per destillationem Spritus ex Radice, caulis & ramis.

Flores, Radices extractum & Sal in Pleuride Colica & febribus feliciter se usurpasse testatur alius quidam Nosocomii Zeylonensis præfectus.

Atque hæc sunt, quæ mihi innotuere ex litteris Colombo ad Societatem nostram Indicam & ad me datis de herbæ hujus facultatibus, utendique modo. Ex duobus Chirurgis primò memoratus, qui satis accuratus mihi videtur observator, laudat quoque in suis litteris a vi lithontriptica cortices Radicum ipsasque Radices herbae cujusdam *Mangul Caranda pottu* Zeylanensibus dictæ, at, quæ illa sit, me latet.

Etiamsi autem modus & ratio qua agant hæc aliave vere lithontriptica habita medicamenta non facilis fit explicatu, durum tamen videtur nullam plane fidem habere viris fide dignis. Ego vero hæc experientiæ debite institutæ sæpiusque repetendæ Committo.

---

VIII. Part of a Letter from Mr Stephen Gray to the Publisher, containing his observations on the Fossils of Reculver Cliffe, and a new way of drawing the Meridian Line, with a Note on this letter by the Publisher.

SIR, Canterbury, Jan. 13. 1701.

I Received the Transaction for the months of September and October, 1700. most gratefully. I was ex-